



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 31. Oliverius Cronwellus in Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Protectorem  
proclamatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

cipue Abbatii sancti Galli molestias fa- Sæc. XVII.  
 cessere, ejusque jura labefactare molie- A. C. 1653.  
 bantur, & cuidam civi Frauenfeldensi,  
 eoquod ad fidem Catholicam reversus  
 esset, suos filios & filias ad Tigurinas  
 ditiones abstraxerunt, eosque nonnisi  
 interventibus Catholicis Cantonibus  
 restituerunt.

## §. XXXI.

*Oliverius Cronwellus in Anglia, Sco-  
 tiæ & Hiberniæ Protectorem  
 proclamatus.*

Postquam Oliverius Cronwellus, abo- *Salmon hist.*  
 lita dignitate Regia, Scotos & Hi- *d' Angl.*  
 bernos iterato prælio devictos dissipa- *t. I. p. 279.*  
 verat, Batavos quoque, qui Pelami-  
 dum piscationem sibi solis vindicare pa-  
 rabant, quæsito jure suo armis spoliare  
 nitebatur: nec magnis hisce ausibus  
 deerat secundi successus prosperitas;  
 quamvis enim anno priori Batavi, Ar-  
 chitalasso Herberio Trompio, cum in-  
 genti sexcentarum navium classe Dra-  
 cum Anglum Ductorem aggressi, pri-  
 mo certamine victores evasissent, ni-  
 hilominus vertente belli fortuna hoc  
 anno naves suas ferme omnes, & mi-  
 litem, ac demum etiam postremo præ-  
 lio ipsum Trompium globo plumbeo di-  
 scerptum amisere, eoque sublato, quam-

G 3

vis

Sæc. XVII. vis magnam classem, bellumque restau-  
A. C. 1653. rare simul assent, pacem tamen turpiter  
postularunt, turpiusque impetrarunt.  
Pacato mari, & Anglia ab extero hoste  
libera, Cromwellus novam Reipublica  
normam seu potius Anarchiam aut ty-  
rannidem stabilire intentus erat: cum  
autem absque exercitus imperio suam  
auctoritatem firmo pede subsistere haud  
posse, probe prospiceret, aliunde vero  
non ignoraret, quod ex Parlamento non  
pauci partim Presbyteriani, partim  
Regii, imo etiam Independentes ad-  
versus novum hunc Regni usurpatorem  
conspirarint, hinc præprimis exercitus  
Belliduces stimulabat, ut porrecto li-  
bello supplici militibus nulla mora æs-  
militare integrum numerari, a Parla-  
mento peterent: hi ergo accepta re-  
pulsa denuo Parlamentum dissolvi po-  
stularunt: cum autem Parliamentarii  
non modo indicta perduellionis pena  
deinceps a quovis ejusmodi libellos por-  
rigi inhiberent, sed insuper Parlamen-  
tum adhuc per aliquot Menses conti-  
nuandum decernerent, Cromwellus,  
quod per dolosam sagacitatem obtinere  
non poterat, id per obscuratam violen-  
tiā perfringere statuit: ipsis igitur  
armato milite stipatus, Westmonasterii  
Curiam ingreditur, Parlamentique Ora-  
torem suo loco excedere jubens, Sena-  
tores

tores innumeris convitiis exagitatos Sæc. XVII.  
 his verbis alloquitur: *Etsis ebrii, adul-* A.C. 1653.  
*teri, auro corrupti & depravatæ mentis*  
*homines, vitam ducitis scandalosam, recto*  
*Evangelio contrariam, proin indigni, ut*  
*ulterius Sessiones habeatis: dico vobis &*  
*iterum dico, non etsis amplius Parlamen-*  
*tarii. His dictis Harrifonus, ejusque Whith.*  
*milites in Oratorem irruunt, eumque pag. 529.*  
 unacum omnibus Senatoribus e Curia  
 ablatis clavibus inter mille convitia &  
 contumelias ejiciunt: Cronwellus vero  
 paulopost ad Regii Senatus aulam con-  
 tendens, pariter hosce Senatores a suis  
 Sessionibus abstinere jussit, ac publico  
 edicto caussas, ob quas jure Parlamen-  
 tum abolevisset, exposuit, moxque  
 centum quadraginta, potissimum mili-  
 tiae Tribunos selegit, in quibus dein-  
 ceps supremam auctoritatem residere,  
 eosque Rempublicam præseferre decla-  
 ravit, simulque cavit, ne eorum au-  
 toritas amplius, quam ad unius anni  
 spatium extenderetur, eoque evoluto  
 alii feligerentur: ipsus enim Cronwel-  
 lus ad supremam Regni potestatem ad-  
 spirabat, quamvis se ipsam quoque ar-  
 morum præfecturam abdicaturum simu-  
 lasset: Igitur novi hi Senatores die de-  
 cima quarta Julii Whitehallam convo-  
 cati, atque a Cronwello admoniti, ne  
 aliis, quam quos de pura fide in Chri-

Sæc. XVII. stum & perfectissima veneratione Sa-  
A.C. 1653.ctorum celebres nossent, sua unquam  
darent suffragia, qui tandem sequentie  
die promiserunt, quod ad Ministerium  
nulos admittere velint, nisi probata  
devotionis Viros, eapropter hoc Pa-  
lamentum nonnisi devotum, ab aliis autem  
Anglico idiomate Parliamentum Bare-  
num seu os nudum, aut carne exutum  
per ludibrium vocabatur: postea in pri-  
ma Sessione declararunt, quod Christus  
Dominus proxime in terras descendens  
& cum eis Regimen partitum  
esset, via igitur prævie præparanda fo-  
ret, quod haud aptius fieret, quam si  
omnes Curiæ, cunctæque leges utpote  
totidem abjectæ Servitutis specimen  
abolerentur, & Universitatibus omni-  
busque scholis utpote Paganorum in-  
ventis omnino suppressis, omnes hono-  
rum tituli cunctis hominibus commu-  
nes revocarentur; cum antea Regie  
dignitates nil aliud fuissent, quam per-  
petua testimonia feralium injuriarum  
humanitati illatarum: Profecto effata  
præclaro hoc Consilio digna! Insuper  
ridiculi hi Senatores promulgato edicto  
declararunt, quod deinceps eorum de-  
creta omnem vim, ac legitimi Parla-  
menti auctoritatem haberent, cuncti  
que illis obtemperare tenerentur: At  
Cronwellus diutius populare hoc Re-  
gimen

gimen sustinendo impar, ut sibi meti ipsi Sæc. XVII.  
 proximus aditum ad supremum Regni A. C. 1653.  
 imperium panderet, quosdam intime  
 sibi conjunctos sollicitabat, ut hi novis  
 Senatoribus proponerent, quatenus  
 bello jam confecto suis Sessionibus fi-  
 nem imponerent, atque ad tuendam  
 publicam securitatem, novæque Rei-  
 publicæ firmitatem ex præcipuis Bel-  
 liducibus aliquem in regnum Protectorem nominarent: Hi ergo aut be-  
 neficiis delibuti, aut pretio vel promis-  
 sis empti, aut officia sua amittendi pe-  
 riculo territi declararunt, quod Crom-  
 wellus deinceps supremum Reipublicæ Caput esset, & magnifico titulo Pro-  
 tectoris Angliae, Scotiae, Hiberniae, om-  
 niumque ditionum honoraretur: postea Londinensis Urbis Magistratus novum hunc Protectorem, sub quo nomine omnis Regia potestas callide occultabatur, ad regium Westmonasteriense Palatium conduxere, eidemque porrectis Regni sigillis & ense, Altitudinis titulum attribuerunt, jurato polliciti, quod e- jusdem jura proprio etiam sanguine tueri vellent: Ipse vero Cromwellus Regis instar mox legem tulit, qua perduellionis reus denuntiabatur, qui supremam potestatem penes Protectorem, ejusque Parliamentum esse negaret, aut ullum cum familia Stuarta commer-  
 G 5 cium

§æc. XVII. cium haberet, simulque acerbissima in  
A.C. 1653 Catholicos edicta vinoavit, tantam-  
que potestatem impune exercuit, quan-  
tam Angliæ Reges etiamnum sibi po-  
liceri minime audent.

## §. XXXII.

*Tiberii Cincii Cardinalis obitus.*

*Ciacon. in  
vita Inno-  
centii X.*

Sex omnino ex Cardinalium Collegio  
hoc anno mortalitatem exuisse con-  
stat, quorum primus erat Tiberius Cin-  
cius patritius Romanus, qui post pri-  
marias in ditione Pontifica Præfectoras  
summa prudentiæ ac integratissima  
laude administratas, a Gregorio XV.  
Æsinam Ecclesiam suscepit regendam,  
cui etiam per triginta duos annos præ-  
fuit, ob pastoralem sollicitudinem cum  
etis proficuus, suaque in rebus agen-  
dis dexteritate, morumque comitate  
percharus magnique habitus; pari quo-  
que cum applausu civitatem, Domum  
que Lauretanam annorum spatio qua-  
tuordecim administravit, palatioque  
suis sumptibus ampliato fontem in foro  
publico præter alia ædificia restaura-  
vit: apud Æsinos vero Monasterium  
Sanctissimæ Annuntiatæ, necnon Ec-  
clesias S. Rochi & S. Mariæ de Ulmo  
ad Suburbium S. Floriani erexit, tan-  
demque ab Innocentio X. cognitis ejus  
cele-